AUGUSTINUS
Reims 2. Drittel 9. Jh.
Seite 13r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1007
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

traque multiphaec tria erã insolitudine sine codicibus uitium. Unde illis arbitror iam impleum ee qd dictũ est. Siue prophetiae euacuabuntur siue linguae cessabunt. Siue scientia euacuabitur, Quibus tamen quasi machinis tanta fidei et spei et caritatis meis surrexit instructio uel perfectum aliquid tenentes eaque sunt ex parte non querant perfectum sane quantum in hac uita potest. Nam in comparatione futurae uitae nullius iustitie est uita ista perfecta. Ideo manent in quo fides. spes. caritas. tria haec. maior autem horũ est caritas. Quia etsi quisque ad aeterna puenerit duobus istis decedentibus. Caritas auctior et certior permanebit, Quapropter cũ quisque cognouerit finem praecepti esse caritatem. De corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Omnem intellectum diuinarum scripturarum ad istaria relaturus ad tractationem illorum librorum securus accedat, Cum enim diceret caritas addidit. De corde puro. Nihil aliud quã id quod diligendũ est diligatur, Conscientiã ergo bonam conuixit propter spem. Ille enim se ad id qd credit et diligit puenturũ ee desperat cui mala conscientia scrupulus inest, Tertio. et fide inquit non ficta, si enim fides nostra mendacio caruerit tunc & non diligimus quod non est diligendum et recte uiuendo id speramus ut nullo modo spes nostra fallatur, Propter ea de rebus continentibus fidem quantum pro tempore satis esse arbitratus sum dicere uolui quia in aliis uoluminibus siue per alios siue per nos multa iam dicta sunt, Modus itaque ististe libri huius. Ceteras de signis quantum dns dederit disseremus, AURELII AUGUSTINI DE DOCTRINA XPIANA. FINIT LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER II. DE DOCTRINA XPIANA

Scrupulus

Quum cum de rebus scriberem praemisi commonens, ne quis in eis attenderet nisi quod sunt. Non etiam si quid aliud praeter se significant uicissim de signis disserens hoc dico. Ne quis in eis attendat quod sunt sed potius qd signa sunt id est quod significant, Signum est enim res praeter speciem. quã ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire sicut uestigio uiso transisse animal cuius uestigium est cogitamus & fumo uiso ignem sub esse cognoscimus. & uoce animantis audita.

.h